


NUMMUS CASTRENSIS

ALBERTI, COMITIS MANSFELDI-

ci: in bello Smalcaldico Electoris Saxoniae partes
sequentis, cufus Anno Christi 1547.



ALBERTUS Comes Mansfeldius Agnatum suum Joannem Georgium cum fratribus Caesarianarum partium esse, cumque Mauritio Saxone Duce Joannis Friderici Electoris provincias infestare, cognoscens, sibi non cunctandum ratus (praesertim cum Heldrungenſis ditio ab Electore Saxoniae cognatis erepta diceretur) Islebium ex inopinato adortus: populo sacris dedito arcem capit: quatuorque tormentis bellicis in forum adductis cives ad dedicationem cogit: Iudaeorum, & aliorum, quibus infestus erat, domibus vastatis, bonisque direptis ex oppido discedit. Bornstetio insuper & Alstetio, Stolbergiorum Comitum oppidis potitur. Dehinc subditos omnes cognatorum in comitatu Mansfeldico suam in potestatem recipit. His peractis Halam Saxonum cum duobus filiis, & omnibus contractis copiis ad Electorem Saxoniae proficiscitur: qui ubi in itinere domum versus civitates & Principes, ad quos venit, pecuniâ multasset, ulturus insuper injuriam sibi illatam, Lipsiam obsidet: graviterque oppugnatam tormentorum vi ac multitudine diverberat, laceratque: Albertum Marchionem Mauritiij socium & adiutorem Rochlitij capit: amissa denique per Thuringiam & Misniam non solum recuperat, sed Mauritium quoque omnibus suis oppidis exiit, Lipsiâ & Dresdâ exceptis.

*Sleidanus, Chronicon Mansfeldicum Span-
genbergij. Dresserus.*